



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

II. De vtraque libertatis Dei magnitudine.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

similes, atque eius imagines esse cum creaturae predicato repugnat. Sic tempus, & ubi creatum aeternitatis, & immensitatis imagines, & similitudines; nec tamen suae loci, suae durationis terminum neque partium divisionem, distantiam & successiorem excludunt, quas è conceptu suo Dei aeternitas & immensitas abiciunt; ita etiam libertas moralis Dei ad bonum perfectissima potentiam reiecit peccandi, quia diuina, nullique morali seditioni obnoxia esse debet; cui tamen nobilissimae excellentiae similis, & imago est creaturae libertatis in genere moris participatione: quae tamen in ipsa cum impotentia absoluta peccandi, & necessitate ad bonum esse in creatura nequit.

8. Eapropter censeo: nullam creaturam rationalem cum impotentia iniuncta, & essentiali peccandi salua Dei praestantissima imagine creati à Deo potuisse: quia id Dei proprium est: & quia non saluaretur libertas creata voluntatis, quae essentia sua omnis boni vel mali representati, tam physici, quam moralis, vel fugiendi, vel prosequendi potestas est. Sed neque cum iure & exigentia naturali qualitatis, seu doni, quo impeccabilis, suae necessitate ad bonum reddatur. Id enim essentiali libertatis creatae conceptui saltem illatiue contradicere. Adde neque à Deo donum posse voluntati creatae simul cum libertate granti, & absque illo naturali iure, & debito concedi: quo vniuersum ad bonum necessitate quo ad speciem, atque peccandi impos antecedenter reddatur, quia decretum huius doni illusorium decretum aliud de creatione creaturae cum libertate Deo indignum redderet, & repugnans, vt bene Tertullianus recitatus num. 6. quod autem Deus, quoad aliquod bonum dono aliquo supernaturali pro hac, vel illa occasione determinet, ac subinde ad peccatum oppositum impotem reddat, nulla est repugnantia.

9. Imò neque in eo quod post viam in Patria Beatos ad bonum, quoad speciem determinatos, & mali impotes visione beata antecedenter constituat. Id enim non dono physice determinante impellenteque ex parte voluntatis ad bonum, sed ex parte obiecti, quod clare visum ceteris viui morium ad malum impedit, vt eligi pra Deo viso possint: id quod intrinsece voluntatis potestati ad vtrumvis extremum minime aduersatur; ea siquidem circa ea quae, vt representantur mouere vtriusque intentionali obiectum possunt, ac subinde eligibilia sunt, indifferens potestas est; non autem inter extrema, quorum alterum in praesentia alterius mouere obiectiue nequit: ac proinde neque eligibile pra alio representatur; quo autem pacto in nobis viatoribus determinatio ad alterum ex actibus bonis speciei eiusdem omnino etiam in bonitate aequalibus & in Beatis libertatem, honestatem alterius ex illis electi non impedit; impedit autem determinatio ad bonum quoad speciem, potentiam, & libertatem ad peccandum: ac rursus quia ratione tam in Deo, quam in Beatis cum determinatione antecedente ad bonum quoad speciem, in huius actus, qui de facto ab eis exercetur libertas, & honestas feruetur disputatione postrema de moralibus Dei virtutibus agentes explicabimus.

Nunc concludo Deum, & re, & sermonis proprietate, eiusque voluntatem absolutam libertate, & arbitrio gaudere; etsi ad peccandum impos prius antecedenter sit; quia absoluta libertas in communi, etiam moralis potentiam antecedentem ad peccandum proprietate sermonis formaliter non claudit: etsi eam creata moralis libertas formaliter includat: vti ex haecenus dictis claret, ampliusque ex dicendis iam quaest. 2. clarebit: ergo absolute proprietate sermonis dictam voluntatis suae libertatem, & arbitrium in scriptura, & Patribus assertum Deo competere certum, ac fidei dogma censemus, vt initio certaminis praefiximus.



QVÆSTIO II.

De vtriusque libertatis Dei magnitudine.

D Vplex in rebus magnitudo reperitur: altera intensiōis in nonnullis, extensionis verò altera. Horum neutram proprietate sermonis reperiri physice in Deo, eiusque libertate posse certum aequè omnibus est, atque ipsum physice, tam extensiuè, quam intensiuè indistinctum esse: imò in nostris verissimis principiis de indistinctibilitate homogenea cuiusvis praedicati diuini, nec metaphysica intensiua, aut extensiua magnitudo formalis potest admitti; sed solum virtualis, & quae proinde virtutis magnitudo & quantitas ab Augustino, aliisque Patribus & Theologis nominatur, atque in ordine ad extrinsecos terminos, & obiecta diuinorum attributorum explicari à nobis solummodo potest: vti patet in omnipotentia & scientia Dei, quarum magnitudo extensiua, & intensiua quantitate non modis, sed virtutis ceteris praecellens ex eo intelligitur, quod ad infinitum plura possibilia, & obiecta quam creata quouis potentia extendatur: igitur, vt quaestioni exactè respondeatur, ad quam obiecta, siue in genere, siue in specie, siue in indiuiduo, diuina libertas extendatur examinandum sit. An ad peccatum, an ad minus bonum comparatione optimi, seu perfectissimi? & an statuta erga bonum, quoad speciem determinatione, & antecedenti impeccabilitate sit nihilominus extensiuè diuini arbitrii libertas maior. De quo in praesenti; de libertate ad optimum quaest. 3.

CERTAMEN I.

Circa quoduis obiectum sit diuina libertas intensiuè maior creata libertate est: imò & extensiuè maior absolute est, etsi peccare (vt reuera nequit) non possit.

1. **P** Ræfixa de longe maiore, & intensiore quasi quantitate virtutis libertatis diuinæ voluntatis quam voluntatis creatae, circa quoduis obiectum vtriusque veritatem communis cunctis Philosophis Deum vnum agnoscantibus, & Theologis Catholicis est nemine disputationis adhaerentibus dubitante: quare ab vniuersis supposita potestas, quam disputata, aut ex instituto asserta. Nihilominus rationes breui pertingam, ne aliud post hac (vt hominum ingenia sunt mobilia) dubium subeat. Prima quia quicquid diuinum est perfectissimum in ea linea, & genere esse debet, vt de omni praedicato diuino cuiusvis generis, & lineae constet. Ergo libertas Dei, ac subinde diuina, lineae perfectæ in linea libertatis est. Secunda ratio: quia est libertas à se, & non ab alio, sicut libertas creaturae: vnde hæc limitata perfectionis, diuina autem illimitate perfectionis esse debet. Hæc rationes & affines alie sumuntur perfectioni diuinorum quorumque praedicatorum communes. Tertia pro summa perfectione diuinæ speciei libertatis, est independentia diuinæ libertatis in actu primo à libertate creata, etiam in actu primo, atque huius, in actu etiam primo, dependentia ab illa, atque etiam in actu secundo & operatione: ratione cuius creatæ libertatis exercitium, & operatio in manu Dei dicitur, cum ob concursus liberam præparationem, nam vel maxime, ob cogitationum, quibus de facto voluntas creata consentiat in materia quouis, & sine quibus non consentiret, & si cum aliis posset, liberam Deo dispositionem & collationem: quod dominium supremum potestatis, & libertatis diuinæ constituit, etsi in con-

eius ad consensum, & operationes nostras vitales, & liberaeque, & inuicem Dei, & nostræ connexæ voluntates sint.

2. Ut autem quoad extensionem diuinæ libertatis de ipsius præcreata maiestate, vel minoritate difficultatis, & dubitandi ratio clarescat Catholicum dogma de Dei impeccabilitate statuendum imprimis est: id quod ex illo Christi ad eum, qui ipsum Magistri boni nomine compellebat responso à tribus Euangelistis notato Matth. 10. num. 17. *unus est bonus Deus*. Marci 10. 17. *Nemo bonus, nisi unus Deus*. Luc. 18. num. 19. *Nemo bonus, nisi solus Deus*. Ad quæ loca ab Ariarianis obiecta, ut Christum à Deitate, & bonitate excluderent, respondebant Patres omnes Deum solum naturam bonum esse, in quo naturalis Dei ad bonum, præ malo, necessitas, & determinatio formalis, & impotentia peccandi continetur. Ceteros autem, etiam Christum, quia hominem, seu naturam humanam (qua solum alloquens parte ipsam agnoscebat) participatione; est hic ipsam unionis Physicæ hypostaticæ benchio ceteris infinite melius participet: vnde nativitate Sanctus dicitur Luc. 1. num. 35. *Quod natus est ex te Sanctum*. Eandem continet veritatem illud Job 14. numero 4. *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine* (cum debito, & macula originalis, ut frequens est Patrum interpretatio apud nostrum Pinedam t. 1. ad eum versum num. 2.) *nonne tu qui solus es: nempe mundus, ac proinde munditiae, & sanctitati communicandæ aptus, & exemplar*.

3. Eandem veritatem probat Hieronym. epist. 146. ad Damas. sub fin. ex illo eiusdem Jobi 1. *Sidera non sunt munda in conspectu eius: & in Angelis suis reperit pravitatem*, & Psalm. 1. *Non iussu scilicet in conspectu tuo omnis vivens*. Ad quæ loca videre oportet Patres, maxime citatam Græcorum in Job, & nostrum Lorinum. Aliqua eorum testimonia dabimus inferius, cum nostræ hac in re conclusionis difficultatem solvemus: idcirco pluribus hic referendis abstinere recitatione verborum: Hieron. pro hac dogmatica veritate cõsentans. *Solus, inquit, Deus est, in quem peccatum non cadit*, (id est cadere nequit, ut ex adversus subiecta claret) *Cetera, cum sint liberi arbitrij: in utraque partem possunt suam stellere voluntatem: item omnia scriptura loca, quibus peccata Deus auersari, odilo, & præ oculorum suorum munditia non videt, item dogma propalant de natura Dei à peccato auersione, & odio: quod nativum non esset, si illud prosequi voluisset, & facere posset*.

4. Ratio Theologica: quia impotentia antecedens peccandi perfectio hinc imperfectione est: immo verò potentia peccandi est absolute imperfectio maxima, & impotentia potius, ut inferius ostendamus: ergo potentia peccandi Deo deneganda, & impotentia Deo concedenda. Secunda: quia Deum de facto peccare non est contingens; alioquin Deum esse prauum in se esset possibile absolute, nosque Deum malum habere possemus: ergo Deum peccare est impossibile, ac non peccare est necesse. Hoc autem ipsum est Deum determinatum ad bonum, quoad speciem, natura sua esse, atque suapte genio impotentem ad malum. Tertia ratio sumitur ex iudiciali naturali, & essentiali Deo erga rationales omnes creaturas, de recte, vel secus factis ipsarum potestate: creaturam peccatorem, prauique genij hominem in iudicio, ac potestatem Reipublicæ eligere dissonum, atque potestati eiusmodi absonum est, & aduersum: quia potestas hæc alios iudicandi petit cum dictamine rationis recte, & lege, quam fieri possit, fidem in illam habentem conformitatem; ne iudicia de subditorum factis à iustitia, & rectitudine deuiant: vti in perditio, prauæque indolis Iudice facile deuiant: ergo Deo, qui natura, & essentia sua vniuersalis omnium iudex est, & conformitatis ad rectum rationis & legis dictamen firmiter natura etiam sua inesse debet: Quarta ratio, & Deum absolute peccare posset, ac subinde à recto dictamine rationis, & legis eius iudicia deflectere, posset etiam creatura cum illo de iudicio contendere: atqui creatura de Dei iudicio cum ipso nequit absolute in iudicio contendere, ut passim Psalmista, Job, Prophetæ clamant: ergo neque Deus peccare absolute potest.

5. Verum ex hac dogmatica, & euidenti impeccabi-

litate Dei, & determinationis eius ad bonum, quoad speciem, ac negatione libertatis Dei ad peccandum libertatis, & arbitrij creati, quod ad peccandum etiam est, neque ad bene operandum solum, maior extensio, quam increata, concludi videtur creata libertas, cum ad plura hanc extendi fateamur: ita absolute asserendum censent Vasquez noster 1. part. quæst. 19. commentario ad artic. 10. noster etiam Suarez opusculo 4. de libertate diuina d. 2. sect. 1. fine: Sed falluntur tamen in legitimatatis consequentia admissione, est enim comparatione vtriusque libertatis inter obiecta solum honesta, & praua speciem legitimatatis, (non autem veritatis ut iam ostendam num. 6.) videatur habere; absolute tamen ex impotentia Dei ad peccandum, ad quod libertas creata, eiusque potestas extenditur extensio absolute minor diuinæ libertatis perperam inferitur: sic ostendo: quia maior extensio libertatis (de qua hic agitur, agique solummodo potest, ut diximus quæstionis præfatione) ex maiori absolute amplitudine obiectorum, ad quæ ferri indifferenter potest, debet pensari, at quamvis comparatione vtriusque libertatis facta respectu boni, & mali moralis ad pauciora obiecta extendatur diuina, quam humana, ac subinde respectu eorum obiectiua magnitudo extensio diuinæ minor sit, quam creata; alit respectu magnitudinis extensio omnium obiectorum, ad quæ vtrique referri indifferenter potest (vnde absolute magnitudinis, & maioritatis extensio alterutris libertatis sumi, atque inferri denominatio debet) absolute, longèque maior est magnitudo extensio increata, quam creata libertatis: ergo statuta peccandi potentia in creatura, & impotentia in Deo, ac subinde negata libertate Dei ad malum, & coarctata solum ad bonum, & admissa (ut est) in creatura libertate etiam ad malum neque est, nec dici absolute potest extensio maior, quam Dei, creaturæ libertas. Minor patet: nam infinite plura sunt obiecta cum infra, tum supra naturam, quæ Deus indifferenter velle, ac facere potest, nequitque absolute, nedum indifferenter, facere creatura, quam sint obiecta praua, quæ creatura facere indifferenter potest.

CERTAMEN II.

Maiores diuinæ libertatis extensio, quam create, quæ ad malum potest, solâ comparatione ad vtrumque ostenditur.

1. Existimo ob hæc doctissimos Patres, de absolute maiore libertate extensio creaturæ, quam Dei solum respectu actuum moraliter bonorum, & prauorum fuisse locutos: attamen sit secunda conclusio. Adhuc respectu eorum Dei libertas extensio maior est, quam creaturæ, ita Ruiz de Montoya d. 8. sect. 2. & probatur. Primò ex Patribus Augustinus de impotentia peccandi Beati; nam cap. 1. f. Eucharisti. *Potest vero in illo statu Beatitudinis sic erit, ut male velle non possit. Nec ideo vero carere arbitrio: multo quippe liberius erit arbitrium quod non poterit seruire peccato, & 22. de ciuit. cap. 30. circa med. Nec ideo liberius arbitrium non habebunt, quia peccata ei delectatione non poterunt. Magis quippe liberum erit à delectatione peccandi usque ad delectationem non peccandi indeclinabilem liberum. Nam primum liberum arbitrium, quod homini datum est, quando primum creatus est rectus, potuit non peccare, sed potuit peccare; hæc autem, & necessarium; eo potentius erit, quo peccare non poterit: Sed quoniam maior libertas, & potentia asserta his locis ab Augustino de intensio solum maiore videtur; subiungenda alia eiusdem sunt, quibus cum de maiestate etiam extensio, & sensu, & locutum fuisse clarescat 15. de Trin. cap. 15. *Magna diuini verbi potentia est non posse mentiri, quia non potest esse illic est & non, sed est est, non non: quia non sententiam dicit ex Dionysio 4. de diuinis nominibus vers. fin. & cap. 8. circa medium,**

medium. Nazian. orat. 2. de filio Dei 4. de Theolog. circa med. quibus consonant Anselm. 7. Prolog. & comment. ad Timot. *Negare seipsum non potest*, ubi & Sanctus Thomas Magister in 1. d. 42. §. 2. & 3. ubi communiter Scolastici citati à Ruiz proxime n. 7. & recitati d. 39. sect. 1.

1. Inulit autem ex sepe à se statuto principio Augustinus nimirum impotentiam ad defectum quonvis, maximam potius potentiam, quam veram impotentiam esse: id quod rationem à priori nostræ continet conclusionis, atque exemplo impotentia Dei ad defectum Physicum illustravit 5. de civit. cap. 10. *Neque potestas Dei minuitur, cum dicitur, mori, fallique non posse, sic enim hoc non potest, ut potius si posset, minoris esset utique potestatis*: Dicitur enim Omnipotens faciendo, quod vult non patiando, quod non vult: quod si accideret, nequaquam esset omnipotens: unde quidam non potest, quia Omnipotens est: quo principio ad præsens institutum ita usus fuit Anselmus, ut efformanda pro conclusione nostra rationi vix labori nostro locum reliquerit Dialog. de lib. arbitri. cap. 1. post med. scribens: *Quoniam liberum arbitrium divinum, & honorum Angelorum peccare non potest, non pertinet ad definitionem liberi arbitrii posse peccare. Denique nec libertas, nec pars libertatis est peccandi potestas*. Probat sub inferius primo, quia qui sic habet quod deest, & quod expedit, & hoc amittere nequeat: liberior est, quam ille, qui sic habet hoc ipsum, ut possit perdere, & ad hoc, quod deest, & non expedit, valent adduci: Probat secundo hac ratione inferius. *An putas, quod additum minuit, & sublatum augeat libertatem, id, aut libertatem esse, aut partem libertatis? Non hoc putare possum. Potestas ergo peccandi, quæ addita voluntati minuit eius libertatem; eisi dividatur, augeat, nec libertas est, nec pars libertatis.*

3. Ex his sic instruitur conclusionis nostræ ratio à priori: libertas stat in potestate ad verumvis extremum, vel contrarietatis, vel contradictionis: ergo solum potest augeri extensivè augmento potestatis: At impotentia ad peccandum est augmentum potestatis, & potentia ad peccandum est defectus potestatis: ergo nequit augere adhuc extensivè libertatem. Minor est expressa Patrum prælatorum, & exemplis, quibus illam probant perspicua: etenim ex eo, quod Deus posset destruere seipsum, falli, mentiri, suamve Omnipotentiam deponere: nec maiorem extensivè adhuc suam Omnipotentiam, aut dominij potestatem esse sanus Theologus admittat, nec præfati Patres patiuntur. Nam ea posse impotentia est absolute, siue potentia imminuta: ideo enim ea creaturæ possunt, quia earum potestas imminuta, & quasi dimidiata est impotentia admixtione: inde enim mori, falli, mentiri, ac sui dominij potestatem possunt deponere. Deus autem, quia eius omnipotentia ab omni impotentia suppurata, & excocta est: ac similiter potestas supremi dominij, visque, & facultas cognoscitiva ab omni defectu, & impotentia cognoscendi obiecta, ea agere nequit ac subinde eiusmodi potentia in Deo in genere potestatis sunt extensivè etiam maiores: quia eam habent partem potestatis, quæ similibus creatis potestatibus, & potentis deficit. Non quidem quod paribus physice, vel metaphysice aliqua ex eis divinis potentis, & potestatibus coalescat: sed, quod è conceptu suo indivisibili (ut de reliquis divinis sepe monui) cum impotentia, & defectum potestatis excludat.

4. Confirmatur: Nullus verus conceptus potentia esse in creaturis potest, quod in Deo exemplar non habeat formæ, lequod, est longe in illa linea imperfectius, tamen imitetur: sed in Deo non est exemplar formale potentia peccandi: ergo creaturis non est potentia, sed impotentia, & infirmitas, quod egregie docuit Dionysius de potestate nostra ad malum, ubi proxime his verbis. *Non tamen efficientes sunt malorum rationes, atque facultates, sed imbecillitas, & infirmitas*. Huic rationi aditipulantur præter citatos Patres ij omnes, qui asserunt potestatem peccandi esse potestatem deficienti, non efficiendi: sunt autem pene innumeri recitati à nostro Ruiz disput. 28. sect. 1. & 2. & fere Theologi omnes, & præsertim Sanctus Thomas frequens, legendus maxime 1. part. quest. 62. ad 3. & 1. 2. quest. 75. art. 2. & quod potissimum est, Damascenus pro opposita sua sententia citatus à nostris Valquez & Suarez ex 2. de fide cap. 27. ubi nostræ potius fauet: so-

lum enim rationem reddit peccabilitatis creaturæ, siue libertatis creatæ ad peccandum, quod creatura rationalis fuerit ex nihilo producta: vti etiam Patres, & Theologi passim docent: quia verò parte ex nihilo sunt, potentiam positivam non habent: sed solum potentia negationem possunt habere.

5. Confirmatur vltierus: quia ad id totum actionis præter nostræ, aliquod effectivè potest libertas creatæ, potest & divina, de factoque concurre, ut dogma Theologicum est: solumque determinatio, quæ eandem suam actionem cum Deo effectivè ponit, quæque à bono suo vero infirmitate sua deficit, ac deficit propria creaturæ, propterea ipsa est: ergo in iis omnibus, quæ ad potestatem effectivam libertatis spectant, æqua virtute ex parte etiam obiectorum, ad quæ vtræque potestas libertatis extenditur, potius est: etiam infirmitatis, & impotentia, ex qua ea actio, propterea à creatura est, pronota, defectum libertatis diuine potestas non habet: qui quidem absolute augmentum non est, sed curtiat potius potestatis: confirmatur vltierus: quia potestas libertatis est potestas voluntatis, potestas autem voluntatis potestati solum est potestas ad bonum: quare nec peccant ad malum, quæ tale, volendum habet potestatem ad libertatem: sed ad volendum bonum delectabile in se circumstantiis, in quibus à recta ratione, & lege deficit ac deuiat, quia hanc amet deficientiam: neque autem possit quæ talem; ite illam materialiter volens sibi faciat voluntariam: secus autem Deus, qui neque non vult in iis circumstantiis ad bonum illud prosequendum voluntatem nostram determinari, siue illud velle: ergo, quoad facultatem volendi, quæ volitiva, & effectiva, ac subinde potestas proprie est, æqua est obiectiva sibi creatæ, & increate libertatis, adhuc respectu boni & mali: etiam, quoad facultatem defectivam, quæ potius infirmitas est, ac impotentia ad aliquid vltierus (quod nihil potius est) creatæ extendatur libertas, quam divina, quæ eius impotentia, & infirmitas defectu ampliorum sane habet potestatem: quare & est divina libertas, quoad potestatem, & facultatem, quam libertas dicit: non solum intensivè perfectior, sed extensivè auctor.

6. Hæ quidem rationes in Patrum testimoniis impletis, ac penetratis extant pro maiore extensivè libertatis diuine, quam creaturæ, adhuc respectu boni, & mali moralis, etiam Deus ad bonum, quoad speciem determinatus sit, atque impotens ad malum, ut dogma Catholicum fert. Plures alias rationes, & confirmationes, cum ex eis testimoniis, tum ex Theologorum istius doctrinis instruitur pro eadem conclusione Ruiz noster citatus: quæ, nisi ad has à nobis formatas reducatur, nihil præter maiorem perfectionem intensionis libertatis diuine, quam creatæ, probant relaxat ad bonum, & malum morale: quare eam de intensivè maiorem, non autem secundum hanc, quoad speciem, difficultatis maioris: quæ verò contra hanc secundam conclusionem opponi possunt ex datarum probationum doctrina, & intelligentia labalcent.



QVÆSTIO III.

De necessitate Dei ad optimum.

EX hac etiam parte maioritas extensivè libertatis diuine, quam creatæ impet potest, si enim ad optimum, siue ad melius ex obiectis propositis Deus necessitatus suæque natura determinatus sit, curritur sphaeræ obiectivæ eius libertas, quam creaturæ arbitrium erit: quin ad ampliorem potestatem recurrat, quem ostendimus in impotentia Dei ad peccandum, ut inde pluribus quasi paribus potestatis diuine libertatis potestatem constare, vel integram eius potestatem effectivè potestatem diminutionem per impotentiam & infirmitatem, quæ libertas peccandi constituitur ostendimus, ac subinde in genere potestatis, non intensivè solum sed extensivè etiam, quam potestas libertatis ad peccandum